UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Visual Library

ne, & cum ſolemnitatibus alienauit *Guid Pap.dec.*150.*Quarāt. loco cit. Ricc.in collect.deciſ.*3054.*par.* 7. *& in Prax.for.eccleſ.par.* 1.*reſ.* 23.

43 ſed aduerſus præſcriptionem datur nihilominus eccleſiæ reſtitutio *Ricc.d.reſ.*32.*& in collect.deciſ.* 2334.*par.*6.

SVMMARIVM.

1 *An locatio facta vltra triennium vitietur in totum & n.*2.*&* 3.

4 *Non valet locatio vltra triennium cum clauſula, quod tot ſint locationes, quot triennia, neque pactum, vt tranſacto triennio renouetur.*

5 *Poteſt Prælatus locationem factā contra formam d.extrau.reuocare.*

6 *Si res eccleſiæ non fructificat niſi tertio quolibet anno, poteſt in nouem annos locari.*

7 *Eccleſia poteſt ſtare contractui inualido etiam inuito eo, cum quo contractum eſt.*

8 *An contractus vtilis eccleſiæ ſit validus, ſi fiat ſine ſolemnitate.*

9 *Quando dicatur contractus vtilis eccleſiæ.*

10 *Conductor tenetur ad penſionem etiamſi locatio facta fuerit vltra triennium.*

11 *An ſeruanda ſit conſuetudo locandi res eccleſiæ vltra triennium.*

12 *In quo caſu emphiteuta excuſetur a deuolutione.*

13 *An triennium huiuſmodi poſſit ab Epiſcopo limitari ad vnum, vel duos annos.*

14 *An primus conductor præferatur ſecundo finita locatione.*

15 *Eccleſia ſi velit pro ſe retinere, non tenetur renouare locationem.*

16 *Eccleſia non poteſt cogi ad renouādam proximioribus agnatis rem emphiteoticam deuolutam ob lineam finitam, ſi velit pro ſe retinere.*

17 *Limitatur ſtante cōſuetudine immemorabili renouandi.*

18 *Agnati admittuntur ad renouationem, ſi eccleſia vellet extraneos inueſtire.*

19 *Extraneo de ipſa emphiteuſi inueſtito Agnati non admittuntur amplius ad renouationem.*

20 *Idem dicitur ſi intra annum non petierint talem renouationem.*

21 *Primus conductor non præfertur, ſi promiſit relinquere domum vacuam, liberam, & expeditam finita locatione.*

22 *nihil tam conuenit æquitati, quam vt pacta ſeruentur.*

23 *An vna Eccleſia poſſit rem communem locare inuita altera Eccleſia.*

24 *An Curatus alteri Curato poſſit commune prædium ad vitam locare.*

CAP. V.

De Locatione rerum Eccleſiæ.

TRES caſus excipiuntur in d.extrau. Ambitioſæ, videlicèt locatio ad triennium, conceſſio emphyteuſis in caſibus à iure permiſſis, & alienatio bonorum, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, hic igitur agemus de Locatione.

§. I.